

*D'or. ſemè de fleurs de lis de gueulles.*

Punicea eadem lilia, ita ſine numero diſpoſita, in ſolo quidem luminis crocei, ſunt VVOTRENGESIORVM item in Belgio.

*Iacob. Hèricourt.*



*D'argent, ſemè de fleurs de lis de gueulles.*

Atque in aruo argentei metalli, ſunt RECOVRTIORVM in Belgio.

*Iacob. Hèricourt.*



*D'argent, ſemè de fleurs de lis de ſable.*

Atra demum hæc lilia, in eiuſdem metalli teſſerario laterculo, ſunt CHASTEAV-ROVGEORVM FAYENSIVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

Aliquando parmula teſſeraria eſt ſolùm, coronide tenus, liliis inuſta.



*De france, chef d'or.*

Vti cyanea, cum auratis lilijs, & cum aurata inſuper ea ſcutaria coronide; quæ eſt icon gentilitia DESTAINIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbe[rt.]*



*De gueulles, lion d'argent, chef de france.*

Vel contra ſunt potiùs lilia in ſola coronide: quo pacto LVGDVNI teſſera, in faſtigio cyaneo, eſt conſita aureis lilijs; cetera eſt oſtro illuſa, atque inuſta leone argenteo.

*Phil bert Mo[...]*

Sæpe



*france. eſcar- de gueulles.*

Sæpe in tetrantibus vernant; vt in primo atque vltimo, cum puniceis duobus tetrantibus aliis, in ſtemmate PROCERVM ALBRETIORVM. *arcus Gilbert.*



*argent a trois hes de gueulles la bande de frã, brochant ſur tout.*

Extant & in balteis perinde. Ita balteus Gallicis liliis florens, ſupra puniceas faſcias tres, in ſcuti valuulo argenteolo, ſchema eſt GENTIANORVM in Gallia. *arcus Gilbert.*



Veſtitus etiam panno veneto liliato, ad argumentum Gallicæ Regiæ teſſeræ, exſiliens leo, in parmula argento illuſa, eſt CHASTENERAYEORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*



At numerum ſuum habent, ſeu quatuor & vicena lilia, partim argentea intra puniceos binos tetrantes parmulæ quadripartitæ, partim aurea intra totidem alios tetrantes cyaneos: quæ icon gentilitia eſt CASTELIORVM in Imperio, *VVappenbuch.*



Seu dena & punicea, quadruplici ſerie ordinata, in aruo ſcuti argenteolo: quod ſtemma eſt KERCKENIORVM in Marchia. *Idem.*

Seu



Seu ſeptena & cyanea, in aurato ſcu-
*Alphonſ. Lopes.* ti alueolo; & ſunt familiæ Niño in
Hiſpania.



Seu ſex aurea lilia, in parmula oſtro
*Andreas de Cheſ.* ſaturata; & ſunt in Gallia NANTVEI-
LORVM.



Totidem argentea, in parmula
*Marcus Gilbert.* item oſtro expicta, ſunt SVLCZ-
BACHIORVM in Bauaria; & cum
ſcutario argenteo apice, ſunt fa-
miliæ PRATAE in Inſubria. *Andreas de Ryet*



In cyaneo autem ſcuti alueolo, ar-
gentea rurſus ſex lilia, ſunt in Baua-
ria CASTELIORVM: cum coronide au- *Marcus Gilbe.*
tem aurea denticulata, ſunt KEMME- *VVappenbuch.*
RERIORVM ad Rhenum.



Argentea totidem, in ſcuti valuulo
atro, cum argenteo ſcutario vertice,
ſunt BRVMSERORVM ad Rhenum. *Idem.*



Sex deinde lilia ſapphirini coloris,
in

in areola luminis crocei, ſunt in Inſubria, & in Vrbe Roma PRINCIPVM FARNESIORVM; eademque tribuuntur etiam CLEMENTI IV.

*[…]o. Iacob. Chifſle.*
*[…]lphonſ. Ciaccon.*



Sex præterea coloris atri, in parmula argentata, ſunt AMERTALIORVM in Bauaria.

*Marcus Gilbert.*



Ad hæc aurea ſex lilia, in ſcuti laterculo atro quidem, ſed cum interpoſito exiliore argenteo balteo, ſunt REDMEREORVM in Regno magnę Britannię.

*Io. Guliel. Angl.*



Aut totidem aurea, circa inſtitam iuſti modi perinde auream, intra parmulam luminis cærulei, ſunt MONBARDICEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Aut cyanea ſex lilia, in faſcias tres aureas diſtributa, iunctas totidem faſciis alijs cyaneis, ſunt in Vrbe Roma familiæ ARCHANGELAE. Totidem autem argentea lilia Romę pariter gerunt CECCHINI, in faſciis duabus coccineis, cum ternis coccineis roſis, intra faſcias duas alias argenteas.

*M S. ex muſæis Romanis.*

*Eadem.*



*De gueulles, a cinque fleurs de lis poſees en ſautoir d'or.*

Lilia quinque aurea, conſita in quincuncem, in ſolo quidem rubeſcenti, ſunt in Hiſpania familiæ RALDONATAE.

*Marcus Gilbert.*



*Marcus Gilbert.* In aruo cæruleo, ſunt FLORESIORVM in Hiſpania, & in Gallia LOGESIORVM.

*Idem.*



In muricata parmula, quinque iidem argentei flores, ſunt ALOIGNYORVM in Gallia.

*Idem.*



Quinque iterum, ſed cyanei, ſupra valuulum ſcuti aureum, quem ambit ora, duplici ſerie, auro atque oſtro teſſellata, ſunt ARZEORVM de Villaria item in Gallia.

*Idem.*



Quinque rurſus ii flores, argento atq; oſtro ſcutulati, intra parmulam auro conſtratam, ſunt in Hiſpania familiæ ALVARADAE.

*M. S. ex Muſæi Romanis.*



Aurea inſuper quinque lilia, impreſſa in ſabuleo decuſſi, ſupra ſcuti alueolum pariter aureum, ſunt VARENNESIORVM ARTONIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Punicea totidem, circa leonem atrum diſtributa, in aruo argentei metal-

*Alph. Ciacon.* metalli, ſunt GESVALDORVM in Vrbe Parthenopæa.



Argentea quaterna lilia, quæ ex teſſeraria quadruplici cuſpide, item argentea prominent, intra alueolum coloris cyanei, ſunt SERLVPIORVM in Vrbe Roma. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



At lilia ſata eo numero, quo nimirum Deus, vt dixi, & præterea proximi Deo Reges propemodum ex æquo gaudent, aurata quidem, in parmula gemmata ſapphirino ſplendore, ſunt ſtemma REGVM GALLIAE: *Marcus Gilbert.* poſt quam Carolus VI. baſilicos hoſce flores, numero tres adamauit potiùs, quàm conſitos, vti antea fuerant, manu liberaliore. Hac enim copia picti, erant teſſera communis aliorum conſanguineorum Principum, ac Regum etiam externorum: debueruntque ideo ſacro iſtiuſmodi numero arctari ad ſolam Regum Galliæ ſupremam maieſtatem, eique ſingulariter dedicari. Quod ſi alii Proceres iiſdem vtuntur pro ſchemate ſuo gentilitio, diſcrimen ſaltem addunt, ſeu limbi teſſerarii, ſeu laciniolæ trifidæ, aut pluriſariam dentatæ, ſeu clabulæ ſtaminiſue: de quibus omnibus notis diminuentibus, quas vocant, nos infra ſeorſim agemus.

*Marcus Gilbert.* Hoc pacto adiiciunt eis, ALENZONII Principes marginem puniceum, inuſtum octonis argenteis nummis Byzantinis; Proceres AVRELIANENSES, *Idem.* guttatum argenteum tigillum ter pedatum. ESTENSES oram ſcuti, denticulis aureis & puniceis contextam: *Idem.* DRVCETII verò oram eamdem, fibulis aureis octonis impreſſã. *Idem.* MONTIORVDII deinde mutant parmulæ ſolum, & terna hæc aurata lilia efferunt in area ſcuti ſabulea, intra primum eius atque vltimum tetrantem: cum in tetrantibus ſecundo & tertio argenteis, atrum leonem gerant, oſtro vngulatum linguatum ac diadematum.



Argentea tria lilia, in muricata quidem parmula; ſunt ALONGNYORVM in Gallia, KRAMEORVM in Saxonia, & VVESEMALIORVM in Belgio. *Marcus Gilbert. VVappenbuch. Iacob. Hericourt.*



*Marcus Gilbert.* In valuulo autem cyaneo, ſunt BRILLACIORVM in Gallia, *Idem.* CLVTINGEORVM in Belgio, *Idem.* QVEBRIACEORVM in Gallia, & *VVappenbuch.* VETERNEORVM in Bauaria.



Præterea, in ſurui coloris laterculo, *Marcus Gilbert.* ſunt KETSCHVVILLEORVM, & *Idem.* MARZELIEREORVM in Gallia.



Totidem punicea, in aruo argentei *Iacob. Hēricourt.* metalli, ſunt ROTZELAERIORVM in Belgio, ſeu KOTZELERIORVM ad Rhenum. *Marcus Gilbert.*



Lilia rurſus tria, veneti coloris, in eiuſdem metalli ſolo, ſed cum vecte aureo eis ſupercurrente, aureoque inſuper margine, octonis corculis puniceis inuſto, ſunt in Gallia CHAMPINOILLEORVM. *Idem.*



Nigra totidem lilia, in parmula argento illuſa, ſunt LINTREORVM, ac *Iacob. Hēricourt.* RIVIEREORVM in Belgio. *Idem.*

Aliquando tamen comitantur lilia typos alios teſſerarios.



Vt in ſcutario apice cyaneo, aurea tria lilia, cum muricata inferiùs parmula, ter argento tæniata; quæ icon gentilitia eſt Genuæ DVRAZZIORVM.

*Auguſtin, Franciſ. in teſſer. gentilit. Nobil. Gen.*



Totidem aurea lilia, iuxta balteum perinde aureum, in parmula veneti coloris, ſunt in Fano Fortunæ familiæ GABRIELIAE.

*Alphonſ. Ciaccon.*



Argentea verò, iuxta balteum læuum eiuſdem metalli, in ſcuti areola oſtro perfuſa, ſunt ELBENIORVM in Haſſia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Aurea, circa ſcutarium capreolum argenteum, in cęſio ſcuti laterculo, ſunt VOVHETIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Et circa eum capreolum ſabuleum cyanea, in valuulo aurei metalli, ſunt FANSHAVVIORVM in Regno Magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Anglus*



Et

*M. S. ex muſ\ais Romanis.*

Et lilia duo argentea, inter quæ fluit balteus argenteus, in parmula conchyliata, ſunt CORBARAE Comitum in Vrbe Veteri.



*Eadem.*

Bina verò argentea ſupernè, ac tertium in ima cuſpide parmulę cęruleæ, cum aureo bouis capite in corde illius; ſunt in Vrbe Roma SORICIORVM.



*Auguſt. Franſon. in teſſeris gentilit. Nobil. Genuenſ.*

Duodeuicena ex auro, per triades diſtributa, circa palum argenteum, in ſcuti valuulo cyaneo, ſunt familiæ STRATAE in Vrbe Genuenſi.

Interdum in eiſdem typis exarantur lilia.



Vt terna inaurata, in palo teſſerario cyaneo impreſſa, ſupra luteum alueolum: quod ſtemma eſt GONFIELDORVM in Anglia.

*Vincentius Fe lis Anglus.*



Vel ſata totidem lilia, aurea quidem in balteo atro, ſupra clypeum ſymbolicum argento illuſum; & ſunt VILLERSIORVM à SANCTO PAVLO in Gallia.

*Marcus Gilb*



Argentea deinde, in coccineo balteo,

teo, ſupra valuulum ſcuti aureum, ſunt in Gallia CHASTELETORVM.

*…gnia Aurato. …n Equitū Spi-…us Sancti.*



Tria rurſus lilia, ſed aurea, & quæ ſupra alueolum ternis faſciis argenteis, terniſque alijs puniceis lemniſcatum, vernant in balteo cyaneo, ſunt familię MONTECATINAE Ferrariæ.

*…S. ex Muſæis …manis.*



Si verò ſubſternantur balteo ita picto, ita liliato, faſciæ tres argenteæ, in parmula oſtro ſaturata, ſunt RIVOIREORVM in Belgio.

*…Iacob. Chifflet.*



Lilia inſuper tria cyanea, in canthe- rio aureo ac ſtriato expicta, ſupra ſcuti aream ſabuleam, ſenis aureis cruculis pedatis ac ſimul cuſpidatis obſignatam, ſunt SMITHAEORVM in Gloceſtriæ Comitatu.

*Io. Guliel. Anglus*



Sed enim diſponi præter morem terna videntur lilia, ita ex argento delineata, vt ſimul ſint ex auro vincta, in ſymbolico clypeo purpurato: nam eorum duo ſupernè ſunt prona & inuerſa, tertium perſtat erectum in ima regione: atque hoc ſtemma eſt GOLSTEINIORVM in Saxonia.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

At



At lilium ſolitarium & aureum, in parmula denigrata, eſt DANCKERTS-VVILLEORVM in Sueuia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Argenteum in glauco ſcuti laterculo, eſt BAYRNORVM A PELLENHOFENIO ad Rhenum, BVSCHENIORVM in Brunſuuigia, DIGBIEORVM in Regno Magnæ Britanniæ, EBERSBERGIORVM in Franconia, & VVEYERSIORVM in Haſſia. Cum ſubiecto ei humano corde puniceo, eſt in Saxonia familiæ à TROTTA.

*Idem.* *Idem.* *Vincentius Fecialis Angliæ.* *VVappenbuch.* *Idem.* *Idem.*



In parmula autem, oſtro & cyano ad perpendiculum dirempta, idem argenteum lilium, eſt BONAÇVRIORVM in Vrbe Roma.

*M. S. ex Miſſ. Romanis.*



Argenteum lilium grandius, atque explicatum, in parmula muricata, Florentię olim fuit PARTIVM GIBELLINARVM: & muricatum contra idem lilium, in parmula argentea, ibidem fuit PARTIVM GVELPHARVM.

*Vincent. Borgh.* *Idem.*



Item hoc lilium puniceum grandius, cum adiectis quibuſdam veluti plumulis nigellis, in ſolo argentei metalli, eſt BERNHLEMIORVM in Franconia. Merè autem puniceum, in crocei luminis areola, eſt BLAMORVM in Gallia.

*VVappenbuch.* *Marcus Gilb*

Puni-



Puniceum denuò, iuſti modi tamen lilium, in aurea ſcuraria coronide ſatum, cum cetera ſcuti regione cyanea, eſt MEVNIORVM iterum in Gallia.

*arcus Gilbert.*



Vel cyaneum lilium, expictum in ſupremo angulo baltei argentei ac læui, ſupra coccineam parmulam, eſt LINDAVVIORVM ad Rhenum.

*atpenbuch.*



*e gueulles au rs de lis d'ar- t mis en ban.*

Seu lilium ipſum grandius & argenteum, in eiuſdem coloris coccinei valuulo ſatum, & pronum, nunc loco baltei dexteri, eſt ISELINORVM in Heluetijs.

*Marcus Gilbert.*



*Au fleurs de lis mis en bariſ.*

Et nunc loco baltei ſiniſtri, eſt in Brunſuuigia ESTORFIORVM.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Nec viciſſitudo luminum, in his floribus etiam deſideratur.



Nam in parmula ex tranſuerſo dirempta micant, vel intra ſuperum ſemiſſem aureum, lilia tria cyanea, totidemque aurea, in ſemiſſe imo cyaneo: atque hæc eſt icon teſſeraria ZIANIORVM Venetijs.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Vel intra ſuperum ſemiſſem argenteum, vernant tria lilia cyanea, & intra ſemiſſem imum cyaneum totidem argentea; quod ſtemma gentilitium eſt Venetijs pariter DANDOLIORVM. *M. S. ex Muſæis Romanis.*



Vel argentea lilia duo, intra ſemiſſem ſuperum atrum, cum atro viciſſim tertio lilio, intra imum argenteum ſemiſſem: quæ parmula ſymbolica eſt MONTBROTIORVM à SPIEGELBERGIO in Sueuia. *VVappenbuch.*



*Party d'or & d'azur a deux fleurs de lis de l'vn en l'autre.*

In parmula deinde, ad perpendiculum ſecta, lilium venetum, in ſemiſſe dextero luteoque, & alterum luteum lilium, in ſemiſſe læuo ac veneto, eſt FVGGERORVM in Imperio. *Io. Iacob. Chiffler.*



Lilia item duo, alterum puniceum, alterum argenteum, in ſuprema regione parmulæ, argento & oſtro ita diremptæ, cum tertio lilio in ima eius cuſpide, ſemi-puniceo ac ſemi-argenteo, ſunt ARELLANAE familiæ in Hiſpania. *Alphonſ. Lopes.*



Seu lilia tria, loco pali teſſerarii compoſita, & ſemi-atra ſemi-argentea, illic in ſemiſſe argenteo, hic autem in ſemiſſe atro, ſunt Venetijs VASANIORVM. *M. S. ex muſæis Romanis.*

Lilium



Lilium ſolitarium etiam, hoc pacto alternans, cum vtroque ſemiſse, iubar ſeu coloris atri, & argentei metalli, eſt FRONHOFENIORVM in Sueuia.

*VVappenbuch.*



Seu aurei metalli, & coloris punicei, eſt KOINBOVRGIORVM in Franconia.

*Marcus Gilbert.*



Seu metalli argentei, & eiuſdem coloris punicei, eſt FLVSHARTIORVM in Auſtria.

*VVappenbuch.*

Quin imò reperiuntur lilia etiam quadripartita.



Vti lilium, quod reciprocat iubar cyani aurique, cum tetrantibus aureis & cyaneis, in gentilitia icone LAMBRESCORVM Venetijs.

*M.S. ex Muſæis Romanis.*



Aut lilium partim auro, partim atramento quadrifariam ita exaratum, in tetrantibus atris aureiſque; quod ſtemma eſt BEHEMORVM in Sileſia,

*VVappenbuch.*

Vt non repetam, quæ de teſseraria Cruce florida, ſeu liliata, partim iam dixi, partim verò etiam deinceps dicam; haud illud ſiluerim ſaltem; haſtas quoque vſurpari, quæ ita in florem deſinant.

*D'azur a deux baston fleurdeliſès en bout & paſsès en ſautoir d'argent.*



Cuiuſmodi ſunt haſtæ argĕteæ duæ, decuſsatim commiſsæ, in cęſia ſcuti areola: quæ ſymbolica icon eſt VTTENHEIMORVM ad Rhenum.

*Marcus Gilbert.*

*D'argent a deux baſtons sĕblables de gueulles a l'eſtoille de ſix rays de ſable en chef.*



Aut in valuulo ſcuti argenteo, haſtæ adſimiles duæ puniceæ, in eum decuſſim traiectę, cum aſtro luminis furui ſex radiorum, in coronide ſcutaria: quod ſtemma gentilitium, eſt ENGANSIORVM pariter ad Rhenum.

*Marcus Gilbert.*

At mutila, & inferiùs trunca lilia proponuntur etiam, in his gentilitijs teſseris: proprioque exprimuntur vocabulo à Fecialibus.

*De gueulles trois pals de vair, au chef d'or chargè d'v. fleur de lis au pie nourry, ou coup de gueulles.*



Vti puniceum eiuſmodi lilium, in ſcutario faſtigio inaurato, cum cetera ſcuti regione, ſeu punicea, & exarata palis ternis, ex vellere cymbalite.

*De ſinople.*



Seu etiam praſina. Ex quibus duabus teſseris prima quidem eſt CHASTILLONEORVM SANCTI PAVLI, altera eſt MONT-SCHABLONEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*



Tria eadem abſciſsa lilia, item punicea,

cea , in parmula argento illuſa , ſunt VIGNANCOVRTIORVM rurſus in Gallia. *Marcus Gilbert.*



*D'hermines a trois fleurs de lis au pied nourry au baſton pery en bande.*

Totidem eodem colore imbuta, in aluta ſcutaria hermionici velleris, cum vecte cyaneo perpetuo eis ſuperpicto, ſunt ibidem QVIRETIORVM. *Marcus Gilbert.*



*D'argent a la faſche de gueulles accoſtées de ſix fleurs de lis au pied, coupé de meſme.*

Sex item punicea hæc trunca lilia, terna & terna, circa faſciam eis concolorem, in argentata parmula, ſunt MOTHEORVM denuò in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Cum verò caule careant lilia, quę hactenus recenſui ( quod in roſa fit atque in aliis floribus, & argumento eſt originis harum teſſerarum, ex re veſtiaria: ſic enim in textura panni ſolent ij flores apparere ) Cum inquam hæc lilia vt plurimum caule careant: attamen interdum integra figurantur; quemadmodum & carpi ſolent; vel etiam ita, vt humi hæreant, non dum decerpta: atque hæc vtraque appellari poſse hortorum lilia, exiſtimat Marcus Gilbertus Deuarennius. *Lis de Iardin.*



*De ſable a trois fleurs de lis de Iardin d'argent.*

Sint primi generis, ſeu lilia tria, integra & reciſa argenteaque, nunc in aruo ſcuti ſabuleo; eaque ſunt COLLEGII VVINCHESTRENSIS in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Guliel. Anglus*



Nunc in eodem aruo cyaneo; & ſunt FEVREORVM DE ORMESSONIO, ac LATIGNYORVM in Gallia. *Marcus Gilbert* *Idem.*



*D'azur a trois fleurs de lis de iardin ſortant d'vn meſme tige d'argent.*

Si autem ex vno atque eodem prodeant caule, ſeu germine, cum cetera congruant in florum metallo, atque in areæ ipſius colore, ſunt LOLYORVM pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert*



Sint alterius generis, argentea lilia tria, tumulo terræ argenteo adhuc concredita, diutiùs vt vigeant: atque hæc eſt gentilitia icon GOLTINGEORVM in Bauaria.

*VVappenbuch.*

Non omiſerim lilium inuerſum (quod vocant Feciales) nolulę adſimile, cum ſtamine aut loro quaſi reuincto, in ſumma eius parte, ac veluti pedis loco.



*D'argent au lis renuerſè de ſable*

Atque eiuſmodi lilium atrum, in ſcuti valuulo argenteo, teſſera eſt BASILEAE ad Rhenum.

*Marcus Gilbert*



*D'argent a la bande fuſelèe de gueulles, accompagnée de ſix fleurs de lis d'azur, miſes en orle*

Vt verò rurſus legam lilia teſſeraria, vſu frequentiora; ea circum, in marginis orbe conſita, ſena quidem cyanea, circa balteum, contextum ex fuſis ſcutariis puniceis, in argentei metalli areola, ſunt BELLAYORVM in Gallia.

*Inſignia Auratorũ Equitum Spiritus ſancti.*



*D'azur au lion d'argent, à l'orle de fleurs de lis d'or.*

Aurea

Aurea demum lilia, quæ ita leonem argenteum ambiant, in veneta parmula ſymbolica, ſunt item in Gallia BEAVFORTIORVM. *…rcus Gilbert.*

Sed pudor fermè ſit, roſam tam diu differre, amicam bellatoribus, quippe aculeis, quaſi telis armatam, & veluti cruore perfuſam: amicam inſuper ipſis belli Ducibus, quorum inprimis arcana eſse conſilia debent: nam veteri adagio ſub roſa dici ea perhibentur, quę debent taciturnitati eſse concredita: amicam demum hominibus quibuſcumque honeſtis; ſiquidem & ſus per roſas fortè gradiens ſe in fugam proripit confeſtim, vt eſt in altero adagio; & ſcarabæi ſordium hoſpites, aut etiam affines, roſæ ſtragrantia exanimantur. Itaq; vt in huius etiam pulcherrimi floris delectum eamus.



Roſa punicea, in argentea ſcuti areola, eſt ANGLERIAE familiæ in Imperio. *Iacob. Chiffle.*



Argentea, in aruo ſcuti puniceo, eſt MVLHEIMEORVM in Alſatia, & BAPPENBERGIORVM in Franconia. *VVappenbuch. Marcus Gilbert.*



Aurea in ſcuti valuulo cyaneo, eſt ibidem GVTTENBERGIORVM. *VVappenbuch.*



Atra in argenteo ſcuti alueolo, eſt VVILDENFELSIORVM in Imperio. *Marcus Gilbert.*

Roſa.



Roſa punicea, gemmata guttulis aureolis, & in apice ſcutario argenteolo ſata; cum ſubiecta inſtita aureoli metalli, in qua ſerpit anguillula cyanea, atque inſuper cum ima parmulæ regione, obliquè ſexies oſtro atque argento lemniſcata, eſt

*Alphonſ. Ciaccon.* familiæ VRSINAE in Vrbe Roma; & ſine anguillula in Imperio eſt fami-

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.* liæ ROSENBERGIAE.



Roſa argentea, vernans in vertice ſcutario puniceo, cum ſuppoſito ei aureo tigillo, & præterea cum balteis ſex, partim coccineis partim au-

*M S. ex muſæis Romanis.* reis, eſt in Vrbe Roma familiæ THEBALDESCHAE.



Roſa eadem argentea, in ſcutaria coronide parmulæ puniceæ, quam ſubterfluit riuus ſinuoſus & argenteus, eſt Romæ pariter familiæ VE- *Alphōſ. Ciacc.*
RALLAE.



Aurea roſa, in ſupero ſemiſſe cyaneo, cum ſemiſſe imo aureo. parmulæ ex tranſuerſo diremptæ, eſt RIARIORVM Bononiæ. *Idem.*



Eadem aurea roſa, ſupra faſciam [illegible]

cæruleam, in aruo ſcuti argenteolo, eſt Melberorvm Norimbergæ. *Marcus Gilbert.*



Punicea verò, in ea inſtita argenteola, ſupra cęſiam parmulam, eſt Avfsesiorvm in Franconia. *Wappenbuch.*



Et in balteo aureo, ceterà ſimilis, tum in ſe, tum in area, eſt Latendorfiorvm ad Rhenum. *Idem.*



Roſæ aureæ duæ, ſn laterculo veneti coloris, ſatæ loco baltei ſęui, ſunt Stravvitziorvm in Sileſia. *Idem.*



Totidem puniceę, circa balteum concolorem, & vndoſum, in parmula argento illuſa, ſunt Lucæ in Ethruria Castrvcciorvm. *Alphonſ. Ciaccon.*



Eædem circa balteum cyaneum, inuſtum ternis auratis liliis, rurſus in metalli argentei alueolo, ſunt Mediolani familiæ Romae. *Idem.*



Vel circa balteum ſęuum argenteum,

teum, in quo lilium cyaneum floret, cum cyaneo item colore, in area vniuerſa, ſunt Beringerorvm in ditione Tirolenſi.

*Marcus Gilbert.*



Roſæ aureæ tres, in parmula ſapphirini coloris, ſunt Garnierorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Argenteæ totidem, in clypeo teſſerario conchyliato, ſunt Avdigersdorfiorvm in Miſnia: & cum leunculo pardino ſabuleo, in aurea ſcutaria coronide, ſunt Yveliniorvm in Gallia.

*VV appenbuch*

*Marcus Gilbert.*



Eædem, in praſina quidem areola, ſunt Govel-Povilleorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



In alueolo autem coloris furui, ſunt familiæ De Vvael à Vronesteynio Vltraiecti.

*Idem.*



Puniceæ tres, ſeu in aurato ſcuti valuulo, ſunt familiæ Fontanarosae in Vrbe Parthenopæa, & Thiangesiorvm in Gallia.

*Philibert. Cāp nile in teſſeris Nobilium.*

*Marcus Gilbe*

Seu



Seu in argentato eo valuulo, ſunt CHESNAYEORVM in Aremoricis, SCHELLENBERGIORVM in Miſnia: & cum puniceo, inter ipſas roſas concolores lilio, ſunt NOLLENT-TROVVILLEORVM iterum in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*VVappenbuch ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. imperij, ac totius Germ.*

*Marcus Gilbert.*



Cyaneæ tres, in ſolo argentei metalli, ſunt FOSSE'-CHAPVISELIORVM pariter in Gallia.

*Idem.*



At in apice ſcutario cæruleo, roſæ argenteæ tres, cum leone aureo, in ſcuti area muricata, ſunt DVCIS LESDIGVIERE.

*Marcus Gilbert.*



*Trenchè d'argent & de ſable a trois roſes d[illegible] miſes en bande.*

Tres puniceę, in area bipartita, ab dextero angulo ſupero, & ſupernè argentea, infernè ſabulea, loco baltei ſatæ, ſunt BARNSTETIORVM in Marchia.

*VVappenbůch.*



*De gueulles a trois roſes d'argent miſes en barre.*

Argenteæ, loco baltei læui diſpoſitæ, in parmula muricata, ſunt MILTZIORVM in Franconia.

*Marcus Gilbert.*

Sed ſunt frequenter etiam roſæ tres, aut in balteis faſciis & cantheriis, aut circa eos ſaltem.



Ita nimirum roſæ tres argenteæ, in balteo quidem puniceo, ſupra ſcuti alueolum cyaneum, ſunt KOSTNBARIORVM in Sileſia. *Marcus Gilbert.*

Puniceæ autem, ſupra balteum argenteum, in aurato clypeo teſſerario, ſunt KERSENBROCKIORVM in Vveſtphalia. *VVappenbuch.* Et ſupra balteum atrũ, in aruo argentei metalli, ſunt RIETEMBVRGIORVM in Bauaria. *Marcus Gilbert.* Et ſupra balteum argenteum, in coccinea ſcuti areola, ſunt VVELANDTIORVM in Sileſia. *VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.* Cyaneæ item, ſupra eumdem argenteum balteum, in cyanea parmula, ſunt LANGERAVVIORVM pariter in Sileſia. *Idem.*



Totidem puniceę, in balteo læuo argenteo, ſupra ſcuti areolam pullatam, auro interpunctæ, ſunt RAVVENIORVM A VVIMDENIO in Sueuia. *Idem.* Vel ſupra pullatum eum balteum læuum, in argentei metalli laterculo, ſunt NEVVENDORFIORVM in Thuringia. *VVappenbuch.* Vel in eo ſiniſtro balteo argenteo, ſupra valuulum luminis veneti, ſunt VVAERBVRGIORVM in Saxonia. *Idem.*



Puniceę roſæ tres, impreſſæ in argentea inſtita, cyaneam aream ſuccingente, ſunt KOPSCHITZIORVM in Sileſia. *Idem.*



*D'azur, a la faſche d'or accompagnée de trois roſes d'argent.*

Argenteæ tres, nunc circa eam inſtitam auream, in ſcuti valuulo cæruleo, ſunt familiæ BARRADAE in Hiſpania. *Marcus Gilbert.*

Nunc



*la fache vi- d'argent.*

Nunc circa inſtitam eamdem argenteam & ſinuoſam, in muricata parmula, ſunt CHERMENTREORVM in Gallia. *rcus Gilbert.*



Puniceæ totidem, circa cæſiam ordinariam eam tæniam, in aruo ſcuti argenteo, ſunt in Gallia perinde MALIERORVM.



*gent au che. de gueulles lè de trois de meſme.*

Circa puniceum deinde capreolum teſſerarium, roſæ tres ei concolores in parmula argento illuſa, ſunt HVNEORVM in Thuringia. *VVappenbuch.*



Aureæ circa eum capreolum perinde aureum, in areola luminis veneti, ſunt familiæ BEMBAE Venetijs; & *Alphonſ. Ciaccon.* ſi capreolus ſit argenteus, ſunt CLERC-FRANCONVILLEORVM in Gallia: *Marcus Gilbert.* atque ARMANDORVM, ſi roſæ ſint *Idem.* argenteæ, ſicuti eſt ipſe capreolus. Aut ibidem OBERANIORVM MONTIGNYORVM, *Idem.* ſi argenteę roſę ſint, circa eum capreolum aureum, in eadem areola luminis veneti.



*D'azur au cheuron d'argẽt chargèe de trois hermines de ſable, accompagnè de trois roſes d'or.*

Aureę iterum tres roſæ, circa capreolum candidum, ternis atris hermionicæ alutæ muſcariis maculoſum, in ſolo ſapphirini coloris, ſunt NETSIORVM in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Con-



Conſitæ autem roſę tres puniceę, in argenteo capreolo, ſupra muricatam parmulam, ſunt STEINBACHIORVM in Saxonia. Et ſi aureus ſit capreolus, parmula verò cyanea, ſunt BARMEORVM in Gallia.

*VVappenbuch.*
*Marcus Gilbert.*



Argenteæ totidem roſæ, impoſitæ apici trium piramidularum, eiuſdem argentei metalli, in areola cŏchyliata, ſunt in Vrbe Roma MARERIORVM.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Roſę quaternæ aureę, quiniſque puniceis rhombis teſſerariis intertextæ, in argentei metalli alueolo, ſunt ALTENORVM in Brunſuuigia.

*VVappenbuch.*



Totidem, aut circa puniceam Crucem decuſſatam, concolores roſæ, in aruo rurſus argentei metalli, ſunt KVNITZIORVM in Sileſia.

*Idem.*



Aut argenteæ ipſæ, circa Crucem adſimilem & perinde argenteam, in cæſia ſcuti areola, ſunt BRETHE-BOINVILLIERORVM in Gallia.

*Marcus Gi*

Qui-



Quinę furui coloris roſę, in lutea parmula, ſunt Kalleorvm in Brunſuuigia.

*Vappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitar. Imperij, totius Germ.*



*D'hermines a ...q roſes de ...ulles. 2.2.1.*

Totidem puniceæ, nunc ſupra muris Pontici diphtheram, ſunt in Gallia Malarbeorvm: nunc ſupra parmulam argentatam, ſunt Dhvnstetiorvm in Thuringia.

*Marcus Gilbert.*

*Vappenbuch.*



Aut eędem, ſatę loco baltei læui, in ſcuti area, ab ſummo bipartita, & a dextris cyanea, à ſiniſtris argenteola, ſunt Vveberlinciorvm in Brunſuuigia.

*VVappēbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitar. Imperij, ac totius Germ.*



Ternæ ac ternæ roſæ, nunc argenteæ, cum ſeminibus auratis, circa ſcutariam ſublicam argenteam, in furui coloris alueolo, ſunt Oberheimorvm in Auſtria.

*Idem.*



Nunc puniceæ, circa balteum cyaneum, in parmula auro conſtrata, ſunt Monstriae familiæ, ſeu Rosei Vici Dominorvm, in Gallia: ex quibus fuerunt Clemens VI. & Gregorius XI. Romani Pontifices.

*Alphōſ. Ciaccon.*

Nunc



Nunc iterum puniceæ, circa cyaneam faſciam, in eiuſdem aurei metalli parmula, ſunt ROSENECKIORVM in Imperio.

*Marcus Gilbert.*



Iunctæ autem, totidem argenteis lilijs, roſę puniceæ ſex, & ita diſtributæ, vt lilia ſint in faſciis duabus puniceis, cum ſint ipſæ roſæ in faſcijs duabus aliis argenteis, ſunt CECHINIORVM in Vrbe Roma.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Quinæ & quinæ roſæ aureolę, circa eiuſdem metalli balteum, in parmula oſtro ſaturata, item in Vrbe Roma, ſunt familię MACCARANAE.

*M. S. ex Muſæ Romanis.*



*D'azur au lio d'or. l'eſcu ſem de roſes d'argen*

Satæ ſine numero, aut argenteæ roſæ, in glauca ſcuti areola, leone aureo impreſſa, ſunt BRIOYSEORVM in Gallia.

*Mon...*



Aut roſæ puniceæ, in parmula crocei nitoris, leone atro inuſta, ſunt SCHVVARTZENBERGIORVM in Imperio.

*VVappenbuch.*

Aut



Aut argenteæ, in margine puniceo, parmulæ ſexiès argento & cyano faſciatæ, ſunt in Gallia PIQVENYORVM. *arcus Gilbert.*

Delectant etiam in his Nobilium Virorum teſſeris roſæ, quæ alternant iubar cùm area ipſa.



Vt in area quidem ab latere dirempta, roſæ duæ puniceæ, in ſupero ſemiſse argenteo; & argentea tertia, in ſemiſse imo cyaneo, ſunt LESTIORVM in Sileſia. *appenbuch.*



*oupè d'argent de gueulles à is roſes de l'vn l'autre.*

Roſæ duæ rurſus puniceę, in eo ſupero ſemiſse argenteo; & argentea tertia, in imo ſemiſse puniceo, ſunt MOSPVRGIORVM in Bauaria. *Marcus Gilbert.*



Roſæ duę cyaneæ, in eodem ſupero ſemiſse argenteo, & tertia argentea, in cyaneo imo ſemiſse, ſunt BYBVRGIORVM pariter in Bauaria. *Idem.*



Argenteæ autem roſę duæ, in ſemiſſe ſupero puniceo, & punicea tertia in ſemiſse imo argenteo, ſunt ibidem RAVINGIORVM. *Idem.*



*Party d' argent, & de gueulles a trois roſes de l'vn en l'autre.*

In area deinde ad perpendiculum ſecta, & a dextris argentea, a ſiniſtris coccinea, ibi roſa vna huius coloris, & hic roſæ duæ illius metalli, ſunt SCHLEINITZIORVM in Miſnia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſerar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*Idem.*

Roſæ binæ atræ, in argenteis duobus tetrantibus, & totidem argenteæ, in atris aliis tetrantibus, ſunt SELMNITZIORVM in Miſnia.



*Eſcartelè de gueulles & d'or, a quattre roſes de l'vn en l'autre.*

Seu etiam binæ aureæ, in duobus tetrantibus puniceis, totidemque puniceæ, in tetrantibus aliis aureis, ſunt GREIFVOGELIORVM in Miſnia.

*VVappenbuch.*



Ternę ac ternæ, partim puniceę, in ſemiſse dextero argenteo; partim argenteæ, in læuo ſemiſse puniceo, ſunt ROSENAVVIORVM in Franconia.

*Idem.*



Sex puniceæ roſæ, in valuulo ſcuti argenteo, cum roſis totidem argenteis, ſupra puniceas tænias duas, & cum teſsera Imperii ſupernè, ſunt Senæ in Ethruriæ familiæ BARGAGLIAE.

*M. S. ex muſæo Romanis.*

Sin-



*Trenchè d'azur & d'or, a la roſe trenchée de l'vn en l'autre.*

Singularis eſt tamen roſa ſemi-aurea, & ſemi-cyanea, in ſcuti areola dirempta obliquè, ab ſupero angulo dextero, & ſemi-cyanea, ſemique aurea; quæ eſt KRESBERGIORVM in Carinthia.

*VVappenbuch, ſeu liber teſſer. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Cum autem iam de Roſa Britannica ſemi-punicea, & ſemi argentea conſultò ſileam: quia erit alibi occaſio exponendi originem eius: ſaltem roſas dimidias referam, quæ & ipſæ in his gentilitijs teſſeris reperiuntur.



Vti roſæ tres dimidiæ ac puniceæ, in modum pali ſcutarii diſtributæ, intra ſemiſſem dexterum argenteum, parmulę ab ſummo diuiſæ, atque aureæ in ſemiſſe ſiniſtro: quæ icon gentilitia eſt VVOLFFIORVM in Franconia.

*Marcus Gilbert.*



Dimidię eædem puniceæ roſæ tres, in modum baltei dexteri obliquę; quarum vna in ſummo apice, alię duę in ima cuſpide ſpectantur areolę cyaneæ, ſunt ENTZBERGIORVM ad Rhenum.

*VVappenbuch.*



Totidem eis concolores, ſed obliquæ verſùs læuum angulum, quarum duæ ſupra faſciam cyaneam virent, & infra eam tertia, in argenteo ſcuti alueolo, ſunt ZVVIDERNORVM in Brunſuuigia.

*Idem.*

Atq; hic claudere ſit roſarum noſtrarum hortulum: poſſe autem eſſe viros fortes cum roſa, flore nimirum armato, citra metum cenſurę; ſuadebunt facilè Scipio Africanus, & eius Octaua legio: ſiquidem, vt inſinuaui etiam alibi, Romę cum roſis, de Africa perdomita, & de Carthagine deleta, ii triumpharunt.

Subtexam pauculos adhuc flores alios, & primò quinquefolium, quod à roſa fortaſse non diſcrepat, quam vtique quinq; foliorum etiam recenſuit Plinius: aliqui Fecialium tamen florem meſpili appellant.

*Quintefouille, ou fleur de neſflier.*



*De gueulle a la quinte fouille percee d'argent.*

Argenteus hic flos, pertuſus in medio, intra muricatam parmulam, eſt SENIGHEMIORVM in Gallia.

*Inſignia Auratorum Equitū Spiritus Sancti.*



Vel contra flos ipſe puniceus, in ſolo argentei metalli, eſt BREAVTEORVM ac RENOVARSIORVM VILLAYERORVM in Gallia; cum ora inſuper, infeſſa merulis puniceis, eſt ibidem ESTREEORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*

*Inſignia auratorum Equitū Spiritus ſancti.*



Flos idem ater, in aureo quidem ſcuti laterculo, eſt MOTTEORVM, & in laterculo argenteo, eſt COETQVELFENIORVM pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*



*De gueulles a la quintefouille d'hermines.*

Pellitus, ex vellere hermionico, hic ipſe flos quinq; foliorum, in muricata ſcuti areola, eſt BOSSVORVM HEREFORDIAE COMITVM, & BELLEMONTIORVM, & LEICESTERORVM in Regno magnæ Britanniæ.



Sex

*[A]ndreas de Ryet.* Sex foliorum tamen BEAVMONTIIS tribuitur, in adſimili alueolo.



At puniceus, cum aureis ſeminibus, in aluta muris Pontici, eſt BEVERLEYORVM in Regno magnæ Britanniæ. *[G]uliel. Anglus*



Ad hæc aurea tria quinquefolia, in parmula cinnabari expicta, ſunt ARENBERGIORVM in Belgio, & VERGYORVM in Gallia. *Iacob. Chiffle.* *[M]arcus Gilbert.*



Totidem argentea, in furui luminis laterculo, ſunt item in Gallia GIVRYORVM. *Marcus Gilbert.*



Et punicea in ſolo metalli argenteolo, ſunt in Gallia perinde PLESSIORVM CHASTILLONIORVM. *Idem.*



Totidem, ex vellere hermionico, atque in corde adaperta, intra valuulum ſcuti coccineum, ſunt HAMILTONIORVM in Regno magnæ Britanniæ. *Vincentius Fecialis Angliæ.*



Puni-

Punicea tria quinquefolia, in balteo argenteo ſata, ſupra ſcuti alueolum cyaneum, ſunt MAGNARTIORVM BERNIERZORVM in Gallia. Et atra, in ſimili balteo, ſupra parmulam perinde atram, ſunt in Gallia rurſus LESCOETIORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*



Aurea verò, circa eiuſdem metalli capreolum teſſerarium, in veneti coloris areola, ſunt in Gallia PICOTIORVM.

*Idem.*



Et circa cantherium depreſſum argenteum, dena metalli eiuſdem quinque-folia, in aruo ſcuti purpurato, ſunt BARKLEYORVM in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Guliel. Anglus*



Præterea æſtiuæ violæ tres puniceæ, cum caule praſino, in ſolo ſcuti argenteo, ſunt IORNEYORVM, in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielm An.*



Et in ſolo adſimili, circa puniceum capreolum, tres cyanei floſculi, cum virenti caule, ſunt ibidem BOTHELLIORVM.

*Idem.*



Atque adeo tres faſciculi florum aurei, in parmula cæſij coloris, ſunt SCHLET-

*appenbuch.* SCHLETTENIORVM in Franconia.



*'azur a trois cis, ou tour-ols d'or.*

Deinde aureum triplex Heliotropium, in areola ſapphirini coloris, eſt BRINONIORVM in Gallia. *arcus Gilbert.*



*azur au chen d'argent acpagnè de trois cis d'or fouildè ſinople.*

Idem & triplex, & aureum, in adſimili adueolo, ſed inſtructū folijs praſinis, & circa teſſerarium capreolum argenteum, eſt in Gallia etiam QVINAVLTIORVM. *arcus Gilbert.*

Inuitaret me gloria huius pulcherrimi floris, vt cum eo finem imponerem florilegio à me inſtituto. Sedenim debent horti etiam, in hanc rei noſtræ teſſerariæ pompam venire: id verò fiet, abſque excantatione, aut carminum faſcino, ſeu magia. Nimirum ſi floſculi appareant, velut intra plures areolas conſiti: erunt quippe parmulæ, vt ita dicam, florentes opere topiario; quod Feciales exprimunt vocabulo etiā proprio. *n dit diaprè.*

Hoc fit plerumque, in parmulis gentilitiis, quæ ſunt expertes figuræ, ne deſtitutæ omni prorſus elegantia prodire videantur. Quin imò neque hoc poſſit alienum cenſeri ab ea, quam dedimus, origine harum teſſerarum, ex re nimirum veſtiaria. Etenim fieri hoc ſolet fulgore aliquo clariore eiuſdem, aut coloris, aut metalli. Quemadmodum, ſeu in colorato, ſeu in aureo Damaſceno panno, videmus floſculos varios, ſolo diſcrimine luminis, aut obtuſioris, aut nitidioris apparere: atque hoc panni diſcrimen textura ipſa operis repræſentare ſolet.



*Coupè d'or & de gueulles & diaprè*

Eſto huius generis, parmula ex tranſuerſo dirempta, & supernè aurea, infernè conchyliata; vtrobique autem opere hoc topiario exornata: quę eſt LIECHTENSTEINIORVM in Imperio. *VVappenbuch.*



*Farty de gueulles & d'argent, & diaprè.*

Aut

Aut ſecta ad perpendiculum, & in dextero ſemiſſe punicea, in ſemiſſe læuo argentea, floſculiſque eiuſdem operis conſpicua: quæ eſt Rantzovviorvm in Brunſuuigia.

*VVappenbuch.*



*Party, & deux foy coupe d'argent & d'azur diapré.*

Aut in areolas ſex, argenteas & cyaneas, diſpertita parmula, iiſque florens elegantiis: quæ eſt Levchtenbergiorvm in Imperio.

*VVappenbuch.*

Aliquando tamen, in coloratis typis, conformantur ij flores ex metallo.



*D'argent a la faſche d'azur diaprée d'or.*

Ita faſcia cyanea, ex auro florens, ſupra ſcuti laterculum argenteum, eſt Clereorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*Faſchè d'hermines, & de ſinople diaprè d'or de ſix pieces.*

Et faſciæ tres, ex muris Pontici vellere, cum faſciis totidem praſinis, auro variegatis, ſunt item in Gallia Rochetessoniorvm.

*Marcus Gilbert.*

## *De Apibus teſſerarijs, Cap. LXI.*

FLoribvs Apes intereſſe, par omnino videtur; quos videlicet flores ſingulariter illę, non frequentare modò, verùm etiam exprimere in mella, opificio ſecreto admirabilique conſueuerunt.



Vides Apes aureas tres, in ſcuti alueolo cyaneo? illas, ſi neſcis, deuocarunt Charites, roſæ inuitamento, quam earum vna pro ſymbolo habet. Non ſunt ex minore ſenatu, aut ex plebe; ſed Apes ſunt regnatri-

ces

ces & dominæ: ſequutæ autem roſam Charitum, deſeruerunt aluearia, vt ſub diademate ſacro ac ſupremo degant, melleamque Eccleſiæ Rempublicam gubernent. Quàm benè Apes tres atque vnum Regnum, obeunt in terris vicariam poteſtatem Eorvm, qui tres in Cælo ſunt atquè vnum Nvmen?

*Ch aritum vna myrthum alia roſam, tertia luſorios talos pro teſſera gerit.*



At repertæ, in veteri gemma, ſunt Apes duæ ſub iugo; ad ſtiuam autem aratri tertia cum flagello; videnturque agriculturæ operam dare.

An quia caſtæ Apes, atque expertes connubij, parentibuſque ortę laborioſis ac beneficis, qui elogii loco audiunt.

*Sic vos non vobis fertis aratra boues*; genus ipſæ ſuum, laudatiſſimumque generis morem, ſub eo aratro in gemma, quaſi perſonatæ in ſcena repræſentant? Certè ad ipſas etiam pertinet ſimile, atque vt ita dicam, hæreditarium elogium.

*rgilius.*

*Sic vos non vobis mellificatis APES.* O pergant vtinam hæ Apes Regiæ, opificio tam ſuaui, tam felici, nomen melle melius, famamque æternam Genti Barberinae, in diem longiſſimum, comparare: ita Muſæ, ita mecum Charites deſiderant.

*rgilius.*



Interim gentilitias vt apes alias proſequar: vna earum tribuitur familię Pechae in Hiſpania.

*Conſal. Argote.*



*D'azur a trois muches à miel d'argent.*

Tres argenteæ, in valuulo luminis cyanei, ſunt Byeorvm in Regno magnæ Britanniæ.

*Io. Gulielm Angl.*



Totidem atræ, circa concolorem eis teſſerarium capreolum, in parmula argento illuſa, ſunt Thoneorvm in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Nigellæ apes plurimę, quæ eiuſdem coloris aluearium circum-uolitant, ſuaque veluti caſtra obequitant, in æquore metalli argentei, ſunt Rooeorvm, & Makelsfieldorvm in Regno magnæ Britanniæ. *Io. Guliel. Angl.*

*De Frugibus, arboribuſque teſſerarijs. Cap. L X I I.*

ANNONAM ſegetum, frugiferaſque arbores, hoc eſt vtiliora, & maiora terræ germina, poſt flores damus



*De gueulles a 13. eſpics d'or 4. 4. 4. 1.*

Vti ſunt ſpicæ frumenti, tres ac denæ aureæ, in muricata parmula; quam teſſeram adamauit Innicvs Ximenesivs, cognomento Arista Rex Cantabrorum. Tres autem ſpicæ hordeaceæ, perinde aureæ, in cęſia ſcuti areola, ſunt Orgemontiorvm in Gallia. *Marcus Gilbert.*



Auenaceę ſpicæ tres argenteæ, quæ culmis adhuc virent, atque ex vírenti ſolo erumpunt, in veneti coloris aruo, ſunt Venetiis Garzoniorvm. *Io. Guliel. Angl.*



*D'azur à v[...] gerbe d'auoin[e] d'or liè de meſ[...]*

In ſolo eiuſdem coloris, auenę manipulus aureus, eſt Dynastarvm Sancti Pavli in Gallia. *Andreas de Ch[...]*



Alius manipulus tritici aureus, perinde

inde obligatus auro, & ſupra balteum argenteum ſitus, in parmula muricata, eſt teſſera Regvm Poloniæ Sueciæque.

*Io. Iacob. Chiffle-*



*D'azur a trois gerbes d'or liées de gueulles 2. & 1.*

Terni manipuli denuò aurei, ſed loro adſtricti coccineo, in cyaneo ſcuti alueolo, ſunt Brosseorvm in Gallia; & ibidem Vivonneorvm: abſque eo autem loro coccineo, ſunt item in Gallia Blandevileorvm, & Chesteriae Comitum in Regno magnę Britannię.

*Andreas de Cheſ.*
*Marcus Gilbert.*
*Idem.*
*Idem.*



*D'azur au cheuron d'or accompagnè de trois gerbes de meſme au chef vaire de quatre traict.*

Iidem, circa metalli adſimilis capreolum teſſerarium, in cæſia rurſus parmula, cum faſtigio ſcutario, ex vellere cymbalite, quatuor limitum, ſunt in Gallia Granchierorvm.

*Marcus Gilbert.*



*D'azur à ſix gerbes d'or. 3. 2. 1.*

Sex verò aurei manipuli frugum, in laterculo ſcuti cæruleo, ſunt Cveloclorvm in Regno Magnæ Britanniæ.

*Marcus Gilbert.*



Botrus vuę puniceus, pampinis ternis praſinis inumbratus, cum teſſera Imperii ſupernè, ſcutique valuulo aureo, eſt Rocciorvm in Vrbe Roma.

*M. S. ex Muſæis Romanis.*



Botri cyanei tres, circa puniceum

cantherium, in aruo ſcuti argenteo-
*Marcus Gilbert.* lo, ſunt BVDEEORVM in Gallia.



Arbor praſina, ſed in trunco argen-
tea, intra parmulam ex tranſuerſo
diremptam, & ſupernè auream, in-
fernè coccineam, eſt in Vrbe Roma
*M. S. ex Muſaeis Romanis.* CERRONIORVM.



Virens arbuſcula, & prominens ex
collibus lenis argenteolis, intra ſcu-
*Alphōſ. Ciaccon.* ti areolam conchyliatam, eſt CESIO-
RVM item in Vrbe Roma.

*Coupè de gueulles & d'or a vne arbre ſec en branche de l'vn en l'autre brochant ſur le tout.*



Arbor aridis ram[illegible] [illegible]rans iu-
bar, cum alueolo b[illegible] [illegible]rpu-
rato ſuperne, in[illegible] [illegible]-
rato, eſt familię A Bo[illegible] [illegible]. *Io. Iacob. Chifflet.*



*D'or au crequier de gueulles.*

Chameraceraſus coccinea, quæ quaſi
arbor lychnites, explicat ramos ſep-
tenos, in parmula lutei nitoris, eſt
CREQVYORVM in Gallia. *Io. Iacob. Chifflet.*



Cornus arbor praſina, inhærens tri-
montio eiuſdem coloris, in ſcutaria
coronide argentea, cum aureo ti-
gillo eam ſuſtentante, & cum ima
ſcuti regione, argento & ſabulo obli-
què octies tæniata, eſt CORNEORVM *Alphonſ. Ciaccon.*
Peruſiæ.

Cu-



